Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



primo uirtutis arduum finem · et maximum puerendi laborem · nec non corporis fragilitatem suggerebat · et etatis spatia plixa · prius maximam cogitationum meerorum nem suscitabat · Post quam autem orationibus eius ad dominum ppassionis fidem se intellexerit · consueta aduersus omnes adolescentes arma corripiens · nocturnus eum inquietabat illecebris · Et primum igitur noctibus infesta multitudine · et horribili metu sonum eum exagitare conabatur · pdies · nam tam apris in eum telis irruebat · ut nullus ambigeret quin antonium contra diabolum dimicaret · Nam ille cogitationes sordidas conabatur inserere · et hic eas orationibus sub mouebat assidue · Ille titillabat sensus naturali carnis ardore · hic fide ac rationis · corpus omne uallabat · Ille pnoctes in pulchrarum uirginum speciem uertebatur ornatum · nulla omnino figmenta lasciuie · hic ultris gehenne flammas · et dolorem uermis recordans · cogitationi libidinum obiciebat · Ille lubricum adolescencie in adiuuenem facile ipponebat · hic eterna iudicii tormenta considerans · illesam animi puritatem premptamenta seruabat · Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant · Qui enim similem deo fieri posse se existimabat · nunc a adolescente ut miserrimus uincebatur · et qui contra carnem et sanguinem magna exultatione gliabatur · ab homine carnem gestante superabatur · Adiuuabat enim seruum suum dominus qui nostri gratia carnem susceptiens · victoriam corpi contra diabolum largitus est · ut singulis ita certantibus spiritum iuceret pferre sermonem · non autem ego sed gratia dei que mecum est · ad premium cum nec hoc argumento destruere possit antonium draco retetrimus · et uideret se semper abeiecit cogitationibus repelli · secundum quod scriptum est stridens dentibus et eum lans qualis et talis merito apparebat et multum puer horridus atque niger ad eum se genua pnolens · humana uoce flebat dicens · Multos seduxi · plurimos decepi · nunc autem ut aceteris seduxi et tuo sum labore superatus · Quem cum iter rogaret antonius quis nam esset qui talia loqueretur · ait · Ego sum fornicationis amicus · ego multimoda turpitudinis ad tuos adolescentes arma suscepi · et spe fornicationis uocor · Quantos pudice uiuere disponentes fefelli · et renuitentes incipientes · ad sordes pstinas reduxi persuasi · Ego sum ppter quem ipsa lapsos increpat dicens · Spu fornicationis seduxisti · Et reuera · Pme enim et illi fuerant supplantati · Ego sum quite ipsum sepe temptaui · et semper repulsus sum · Cum hoc xpi miles audisset gratias agens deo · et largiori aduersus inimicum confortat audacia · ait · Multum ergo despicabilis es · multumque contemptus · Iam et obscuritas tua · et etas infirmarum signa sunt rerum · nulla michi iam cura de te est · Dominus m adiutor · et ego exultabo super inimicos meos · Et statim ad uocem canentis · fantasma quod uidebat euanuit · Hec autem antonii contra diabolum prima victoria fuit · in mo uirtus antonio saluatoris · qui peccem in carne dampnauit · ut iustificacio legis in nobis compleretur · qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum · Sed neque antonio securitatem dedit unus triumphus · nec diabolo semel fracte defecere uires · Iam et iste ut leo rugiens querebat aditum pquem posset irrumpere · et ille scripturarum doctus eloquio · multas eius demonum captiones sollerti ipositum labore seruabat · considerans quia posset